Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



preparabit et patentes ut sui misereatur et quibus in rebus indigent quod uolunt assequi ostendat cum digni nil consequantur impossibile erit misereri ⁊c

Capitulum decimum de inuidia

Patet etiam quibus inuident et quibus in rebus et quos se habentes ¶ Si quidem inuidia est dolor quidam quoniam similes bonis aliquid adepti uideantur non ut quisque sibi sed propter illos ¶ Ij enim inuidebunt quibus aut sunt quidam aut uidentur similes ¶ Similes uero dico genere propinquitate etate habitu gloria diuitijs ¶ Item ij quibus parum deest ne omnia teneant ¶ Quocirca maxime gentes et feliciter inuidi sunt cum putent sua ab omnibus auferri ¶ Et qui ualde in aliqua re honorantur ut maxime in sapientia et felicitate et ambitiosi magis inuident quam non ambitiosi ¶ Et qui se sapientes uideri putant ¶ ambitiosi namque in sapientia et uniuersalis qui ex re aliqua gloriam quesuerunt de illa sunt inuidi ¶ et pusillanimes quoniam eis magna omnia uideantur ¶ de quibus igitur inuident homines iam dictum est ¶ de quibusnamque enim operibus honorem atque gloriam quesuerunt et quarum rerum gloriam contupiscunt ut de quibusdam feliciter actis ¶ Nam de omnibus fere inuidia est presertim si aut petunt ipsi aut putant ea oportere habere ut si earum rerum possessione ipsi parum superent uel parum deficiant ¶ Patet autem et quibus inuident simul enim dictum est ¶ Nam qui proximi sunt tempore loco etate gloria hijs inuident ¶ Unde illud dictum est propinquitas inuidere solet ¶ Et quibuscumque de honore contendunt ¶ Contendunt autem quibus diximus ¶ cum eis uno qui antea mille annis fuerunt et cum mortuis nemo contendit nec cum ijs qui apud hercules columpnas habitant ¶ nec cum ijs a quibus ut a suo uel alterum iudicio multum putat deficere nec cum ijs quos uno parum excedit ¶ Similiter et cum ijs et de talibus ¶ Verum quoniam cum aduersarijs et rualibus ac uniuersalis cum ijs qui eadem cupiunt contendunt necesse est hijs maxime inuidere ¶ Unde dictum